Eugenius

Consuetam apice sedis clementiam erga illos qui a gremio sanctæ matris ecclesie recesserunt et ad eam cum humilitatis spiritu reuertuntur libenter pijs affectibus exercemus ut hij qui sic redeunt tanto erga
ipsam fideliores existant quanto illius benignitatem qui tanquam amplioren / Sane pro parte dilectorum filiorum Communitatis et hominum Castri Montissancti Germani dilectorum nobis nuper exhibita peti
tio continebat / quod dum Castrum et homines huiusmodi in metu ac animorum turbine hostium tumultu iam pridem a gremio et obedientia sancte Romane ecclesie recesserunt et sub communis et publica hostilitate
fierent / affectis infauste insanis desiderijs quod deteriorem Communitas et homines utriusque sexus necnon incole et habitatores tam ecclesiastici quam seculares dicti Castri propterea ab obedientia et deuotione nostra necnon prefate ecclesie de
uauerunt publice et notorie inimicis et rebellibus nris et sancte Romane ecclesie adherendo diuersis criminibus excessibus grauibus et enormibus delictis forsan indescriptis commissis et perpetratis pene
necnon sententias tam a iure quam ab homine in huiusmodi perpetrantes inflictas et promulgatas incurrendo Cum autem sicut eadem petitio subiunctebat Communitas incole et habitatores Castri predicti de
premissis dolentes ab intimis captata temporis opportunitate non absque maximo personarum et rerum suarum periculo ad nam et ipsius ecclesie gremium fidelitatemque et obedientiam redierunt necnon in obedientia et deuo
tione nra ac successorum nrorum Romanorum pontificum canonice intrantium firmiter in perpetuum persistere et perseuerare desiderent atque uelint constanterque affirment / pro parte Communitatis et hominum dicti
Castri nobis fuit humiliter supplicatum ut cum eis super premissis misericorditer et benigne agere ac eis infrascripta priuilegia indulta et exemptiones concedere eosque apicis fauoribus et gratiis prosequi de
benignitate apicis dignaremur / Nos igitur qui cunctos ad nam et prefate ecclesie fidelitatem gratiam et obedientiam redeuntes paterna semper pietate complectimur / speranteque quod Communitas et homines dicti
Castri ex hac in nra et dicte ecclesie obedientia fidelitate et deuotione huiusmodi persistent uirilius et fortius in futurum huiusmodi supplicationibus inclinati auctoritate apicis et ex certa scientia Omni
tatem et utriusque sexus incolas ac habitatores predictos tam ecclesiasticos quam seculares ab omnibus et singulis excommunicationum suspensionum et interdicti aliisque censuris sententijs et penis in pis et
ipsorum quemlibet tam a iure quam ab homine propter premissa uel ipsorum aliquod quomodolibet latis et promulgatis necnon huiusmodi excessibus criminibus delictis et aliis quibuscumque malefactis etiam si heresis
lese maiestatis et apostasie crimina fuerint ipsos et eorum quemlibet contra nos dictam ecclesiam et fideles subditos nros tam ecclesiasticos quam seculares cuiuscumque status gradus religionis ordinis uel con
ditionis fuerint et alios quoscumque usque in diem reditus eorum ad nam et predicte ecclesie fidelitatem huiusmodi dicto fore uel consensu seu consilio quomodolibet perpetratis et si super illis sit uel non sit certum
absoluimus et penitus liberamus ac ipsis et eorum cuilibet omnia et singula excessus crimina et delicta ac malefacta predicta in quantum tamen concernunt seu concernere possunt publicum interesse aut Cane
nam apicem remittimus omnes processus sententias condemnationes banna penas mulctas exinde secutas eisdem scientia et auctoritate cassantes et de eodem et rectis tribus nris cassari et abolei mandantes ipsorum
quoque Communitatem incolas et habitatores dicti Castri necnon eorum heredes et successores qui alias iure ad successione bonorum incolarum et habitatorum eiusdem Castri decedentium ex testamento uel ab inte
stato nocendi alias fuissent ad successione huiusmodi et quecumque honores dignitates et exemptiones bona iura iurisdictiones et actus legitimos necnon alias in integrum et pristinum statum in quo ante huiusmo
di commissa crimina excessus et delicta erant totaliter restituimus reponimus et etiam reintegramus omnemque ab eis inhabilitatis et infamie maculam siue notam per ipsos quomodolibet premissorum occa
sione contracta tam abolemus / interdicta quoque quibus Communitas huiusmodi illusque loca propter premissa supposita fuerant relaxamus / necnon omnes et singulos contractus et testamenta per ipsos facta
et inita processus quoque habitos et sententias latas in Curia seculari Communitatis huiusmodi inter eosdem incolas et habitatores quomodo alias legitime facta inita habita et lata sint scientia et auctoritate
prefatis approbamus confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus / supplentes omnes et singulos defectus siqui forsan intercesserint in eisdem. Et insuper quia Castrum et homines predicti
propter uarias temporum calamitates et bellorum animorumque conflictus quos antecactis temporibus continue cum magna rerum et hominum desolatione passi sunt eorum impotentie et paupertati paterno com
patientes affectu dictum Castrum Communitate et homines a solutione Centumquinquaginta florenorum monete currentis quos occasione tallia de maiori summa Quingentorum florenorum
singulis Annis Camere apicis soluere tenebantur auctoritate apicis perpetuo liberamus et ex certa scientia remittimus et exoneramus concedentes ut perpetuis futuris temporibus occasione tallie sin
gulis Annis Camere apicis per Communitatem et homines predictos debita Trecentos quinquaginta florenos dumtaxat moneta predicte singulis Annis soluere teneantur et ad maiorem quan
titatem exoluendam occasione predicta neque aliquis impeti aut compelli seu etiam quomodolibet molestari ualeant in futurum. Preterea Communitati hominibus incolis et habitatoribus Castri predi
cti exemptione iuuenitate et generalem remissionem ab omnibus et singulis oneribus grauaminibus gabellis collectis talleis censibus uectigalibus et ab omnibus debitis ad que ipsi uel ipsorum aliquis Camere
predicte tenerentur a dato presentium litterarum usque ad Annos Sex proxime secturos damus concedimus et libere condonamus eosque et eorum quemlibet a quibuscumque grauaminibus oneribus gabellis
collectis censibus talleis uectigalibus et debitis prefatis ad que ipsi uel ipsorum aliquis ipsi Camere tenerentur eisdem scientia et auctoritate absoluimus et penitus liberamus et generalem exemptionem facimus pro
toto dicto tempore Sex Annorum et omnimodam iuuenitate prestamus omnia et singula supra scripta ex certa scientia per presentes confirmantes et approbantes Non obstantibus Constitutionibus et ordinatio
nibus necnon priuilegiis ac litteris apicis etiam super reuocatione census uel tallearum ipsi Camere persoluendi seu persoluendarum alias concessis uel emanatis ac legibus imperialibus et statutis municipalibus ceterisque contrarijs qui
buscumque. Volumus autem quod si quod absit ullo unquam tempore Communitas incolae et habitatores predicti Castri ab obedientia et deuotione prefatis quandocumque deuiauerint et abeis quoque modo recesserint presentes litteras cesse et irrite
nullius roboris uel momenti existant. Et insuper uirtute decernimus et mandamus si secus super his a quoquam quamuis auctoritate scienter uel ignorantes contigerit attentari Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nre absolutionis
liberationis remissionis cassationis mandati restitutionis repositionis reintegrationis relaxationis approbationis confirmationis communionis suspectionis constitutionis assignationis concessionis et uoluntatis infringere uel ei ausu temerario
contraire. Si quis autem hoc attentare presumpserit indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Dat. Rome apud Sanctum Petrum Anno incarnationis dominice
Millesimoquadringentesimoquadragesimoquinto Tertiodecimo kl Februarij Pontificatus nri Anno Quintodecimo

Gerardus de Magistris

A. de Veneris



Remissio criminis cuiusdam furis et homicidii a Sede Ap.ca impetrata per Rodericum Talcat [illegible] 350 [illegible] anno cum Ap.ca [illegible]

1445.

Eugenio Papa IIII Nicolao Perez Abbatis a Cenni, Rodericus Talcat [illegible] [illegible] Petri Alonsi Sarcu[illegible]

n° 40. 41

Restituzione in integrum.

per Camerae ap.ca